DE EXCELLENTIA COELESTIVM SPIRITVVM;

Imprimis de ANGELI CVSTODIS MINISTERIO, Liber.

Auctore P. IOANNE LVDOVICO DE LA CERDA, Societatis IESV.

Bibliothecae Collegii Salmantini Societatis Iesu.

PARISIIS,
Apud SEBASTIANVM CRAMOISY, via Iacobæa, ſub Ciconiis.

M. DC. XXXI.

Cum Priuilegio Regis.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

REVERENDO
ADMODVM IN CHRISTO
Patri Noſtro
P. MVTIO
VITELLESCHO.
PRÆPOSITO GENERALI
SOCIETATIS IESV.

CVSTODVM laudes quis niſi cuſtos tuebitur? & Angelicum opus, quis niſi alius Angelus ſuſcipiet, ut à tartareo liuore incolumem ſeruet. Cui ergo Beniaminum hunc libellum, & ſenectæ ſolatium committere decebit, niſi ei qui adhuc in domo lutea Angelici muneris debitum aſ-

DE EXCELLENTIA COELESTIVM SPIRITVVM:

Imprimis DE ANGELI CVSTODIS miniſterio.

De præſtantia Angelorum.

CAPVT PRIMVM

AGGRESSVRVS miniſterium de ANGELO CVSTODE, præmittam præſtantiam Angelorum omnium, incipiens à Sophronio Archiepiſcopo Hieroſolymitano, cuius verba exſtant in encomio ab eo conſcripto de Archangelis & Angelis, nunquamſatis laudato, in quo mirè laudat Angelos. *O vos reliqui omnes Angeli & Archangeli, cœtus cæleſtis, corona impenetrabilis, phalanx præſtantiſſima, multitudo immenſa, exercitus innumerus, celſitudo inacceſſa, magnitudo*